

Tu vero bona fide, Beneronici Amplissime idem tibi eventuum speras? nullane te vestigia terrent? Ego Heinsioy, Cunaos, Cloppenburgios, Boschornios cum intueor, non ausim dicere quid Beneronicio potendum, fieri tamen *κακός μάλισ*, quam *κακῶν* malim. atque idem Deus ut velit, et Salmasius ex animo cupio ut te valere vir doctissime et me amare, quanguam non levi de causâ ut vidisti subinfensum. Scribo inter arma, tubos et sclopos, quod inter libros oportuit ad vos qui libri estis. et ad castrensem hanc barbariem non immeritò nauseatis.

Offella ad Sennepan 25. Junii 1641.

Tuus pleno affectu

Debere hoc inter nos petire, neque Musæ tui limen egredi, non est quod moveam. ipso argumento morari, et privata libertatis candore. Dodoracum tuam, de quâ dicebam, solo hactenus de nomine notam habeo. Equid luenda culpa sit tu videas.

Princeps Gulielmus
Tristano de M^{ca} Furta.

Excellentissime Domine.

(308)

Plurimum me debere fateor Excellentia vestra, quod majoribus districta negotiis, reditus mei in has regiones placuerit meminisse. Habeo proinde gratias quas possum maximas, atque ut rebus annis pro sua parte feliciter gestis in patriam reversuri, eadem quâ mihi prosperitate, navigatio succedat, Deum precor Excell^{ta} vero vestram, ut me oblata occasione sibi Dominoque Antonio filio tanti patris dignissimo ad officia quaque paratissimum fore penitus confidat. Dat: in Castris ad Sennepan, offella
Ipsis Palendis Jul: 1641.

Excellentissime Domine.

Excellentia tuae devotissimus.

Duo Tristano de Mendoca
Serenissimi Regis Lusitaniae
ad confederatum Belgicum
legato. extraordinario.
Hagav.

J. Foresto, in Curia
supremâ Senatori.

Nobilissime et amplissime Domine

(309).

Insigne carmen tuum pari ab affectu ac industria profectum utriusque Principi, quod ne sic quidem mandaveras obtuli.

obtuli ornatum verbis, quantum pro merito potui, pro amicitia davi. Respondit utriusque nomine Imperator Pater, plurimum se debere tibi; gratias item habere quas maximas, quod forensibus districto negotiis, placuerit in has amicitates excurrere, non tam exhibitioni ostentanda, quae abunde est nota, quam demonstranda in Patriam et res Auriacas amoris benevolentiaque singulari. Superest ut gratias agam, quas ago, meo quoque nomine. Vir Amplissimus, quem de potiori turba seligere voluisti magna humanitatis tuae vi proxenetae. Ruborem illa mihi res incussit, cogitavi nescio quo fato neglexisse me super offerre tibi Dissertationem de Organis Ecclesiarum Foederati Belgii Typi vulgatam. quod si confitente reo placabilis es, neque ad huc sesqui horarium ista lectione perdidisti, nunc demum ut perdas petere a te audeo, atque ut expensis rigide argumentis, aperte significasti παραβουλι τὴν μοῖν λέον ἐκ ἐτελεύτη. Sententiam denique de sententiis dicere assuetus, de mea dicas, quasi Tribuni Curiae, a quo nec provocatio est. Expecto quam mox competentem me tanti beneficii facias, et castigando quae doceas, quam non inter amicitiae tuae tirones. Tibi deuotissimus.

Offela 3. Julii 1641. C. H.

Barlaeo.

Aduncor multis et non leuis momenti causis. excudent Elzevirius tradere, quae ad Diatriben de organis res sero non pauci ab Ecclesia atque Academia Viri prudentes, eruditi. Inter quos cum emineas Vir amplissimus, et in epistolam, quam vides, plane genio tu dignam, conieceris pro familiaritate commercii tuae qua fortassis contentus paucis et cordatis lectoribus cuique de vulgo inspecta uolis; audeo a te petere ut hunc deum laborem suscipias, atque, ut consueverunt solum τὰ ἡσσὸς ἰπποσ per epistolam recusant ceterisque addendam respondeas. Grambe erit haec bis coctas, sed quid de amore primum tuo securus in conscribendis epistolis mirabilem illam facultatem tuam et facilitatem noui, citra multum pudam quod vides posco. quod si ad hoc idem officium compellaris possis Collegam Vossium haecenus negligentem nomen illud

(310)